

Für das 12. Jh. wurde die Benutzung eines den Chroniken B und C verwandten Werkes bereits nachgewiesen. Am Ende des 13. und im 14. Jh. ist die Uebereinstimmung mit B und M nicht minder sichtlich. Auch hier liegt die Bedeutung der Hs. S wieder darin, dass sie uns einzelne Stellen des Textes in vollständigerem Wortlaut bringt.

'Anno 1296. Turris pontis¹ Rofoli edificata et elevata fuit.

Anno domini 1299. Banitus fuit Nicolaus de Cereta cum ceteris aliis *die dominico 24. maii*, qui tractaverunt et ordinaverunt mortem domini Alberti de la Scala. Et in dicto tractatu et cum eo dicto Nicolao fuerunt Thomaxinus de Amaberiis, Nasinbenus de Forto² de Cereta, qui capti fuerunt et trainati et suspensi in furcis illo die. Et magister Bertenus³ medicus, qui Sardenella dicebatur, et magister Bonaventura medicus de magistro Horobano⁴ et magister Salvodeus artis gramatice occasione dicti sceleris condemnati fuerunt perpetuo stare in fondo turris Verone, quare (quia pre) dictus dominus Albertus noluit dictos magistros ob misericordiam debere interfici (!).

Eodem anno incepta fuit pilla lapidea⁵ a ponte novo: et <supra>⁶ ipsam edificata fuit una turrisella.

Et eodem anno in regimine domini Princivalli de Mandello potestatis Verone *die martis ultimo iunii hora vespertina* equitavit dictus dominus Princivalis (!) potestas cum militia Veronense et cum soldatis tam pedestribus quam equestribus versus Mantuam. Et *die mercurii* sequenti, qui fuit *primo* (!) *iulii*, summo mane intraverunt civitatem Mantue et ipsam penitus habuerunt et expulserunt dominum Taynum de Bonaconsis et ceperunt dominum Berdilonem⁷ eius fratrem capitaneum Mantue. Et tunc captus fuit dominus Botesella de Bonaconsis capitaneus Mantue ex vigore militie antedictae, in qua militia fuit nobilis vir dominus Antonius⁸ de la Scala natus m(agnifici) viri domini Alberti de la Scala capitanei Verone. Et *die 9. mensis iulii* dominus Botesella de Bonaconsis venit Veronam et guadiavit dominam Constantiam filiam prefati domini Alberti de la Scala, que vidua erat, et fuerat uxor marchionis Obizi de Ferrara. Et predictus dominus Botesella duxit in uxorem prefatam dominam Constantiam *die dominico 19. iulii* millesimi suprascripti.

Anno domini 1301 incepta fuit domus merchatorum Verone, que erat tota de lignamine de muro cum voltis sive arcivoltis pilastris et columnis lapideis¹⁰ robrata (!) *die lune 29. maii*. Et primus lapis positus fuit in dicto laborerio ad opus per dominum Bertheum¹¹ de la Scala capitaneum populi Verone

1121, 1189, 1187 oder mitten im J. 1233 Notizen zu 1168, 1162 (1157), 1146, 1149 etc. Das Eingeschobene hebt sich durch die Kürze der Nachrichten und die chronologische Unordnung (entsprechend den Ann. Veteres) von der fortlaufenden, ausführlichen Darstellung des Parisius ab. 1) Syllabus (p. 401) 'turris porte', B (Beilage) 'turris et porta'. 2) Syllabus (p. 402) 'Nasimbenus de Fonte', B 'Nasimbenus a feno'. 3) Bertenus statt Bertheus (Bartholomeus). 4) Syllabus p. 403 'Oraboni', B 'Omebono'. 5) Hs. 'lapidis', B 'lapidam'. 6) Fehlt in der Hs., ergänzt aus B. Vgl. auch Syllabus p. 402. 7) Syllabus p. 403 'Bardilonus', Ann. de Romano p. 456 'Bardelonus'. 8) M p. 154 'Bartholomeus'. 9) Hs. '18' verschrieben statt '19', das richtig in M und in den Ann. de Romano steht. 10) Hs. 'lapibus' statt 'lapideis' (Syllabus p. 404). 11) Auch M hat 'Bartholomeus', B dagegen 'Albertus'.